

317.

Landgraf Ludwig ertheilt seine Einwilligung an Hartmann, Propst zu Weißenstein, wegen Erkaufung zweier Hufen im Dorfe Gombet, das zu seiner Vogtei gehört, und einer, die Ekkehard und Arnold der Kirche geschenkt haben. Cassel 1223.

5 *Hilschr.: 2 Or. Perg. (von gleicher Hand) Staatsarchiv Marburg. Die Siegel, an Pergamentstreifen, verloren. Phot. H. St. A.*

L[udovicus] dei gratia Turingorum lantgravius Saxonie comes palatinus universis hanc paginam | inspectu[r]is^a). Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod ad nos || veni|ens Hartmannus prepositus de Wizensteine nos scire fecit, quod ecclesia |
10 sua haberet duos mansos in villa, que dicitur Gvmpette, ad advocatiam nostram pertinentes unum per emptionem habitum, alium^b) per duos professos Ekehardum scilicet et Arnoldum ad ecclesie^c) donationem devolutum, utique contractui plenam benivolenciam^d) acclinantes, sic tamen, quod iuri advocatie nostre respondeatur, gratum assensum adhibemus et sigilli nostri^e), quod presens est, impressione roboramus. Datum in Kasle anno dominice in-
15 carnationis M. CC. XX. III.

(SD.)

318.

Propst Arnold von Ahneberg bekennt, daß er mit Erlaubniß des Erzbischofs von Mainz und Bewilligung des Landgrafen Hermann das Kloster Eppenberg gegründet habe. 1223.

20 *Hilschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das an grünen Seilensäulen hängende S. des Landgrafen = Taf. XII. 3. Phot. H. St. A.*

Arnoldus prepositus in Anenberc et eius conventus successoribus ipsorum temporaliter proficere et inperpetuum in domino gaudere. | Dilectionem vestram scire volumus, cum locum in Eppenberc divino cultui aptum conspexissemus, ad dominum S[ifridum]
25 Mogun|tine sedis archiepiscopum venimus et eius permissione et domini H[ermanni] lantgravii concessione in iam dicto loco familiam deo | servientem ordinavimus. Cupimus autem nulli dubium fore familiam memoratam ecclesie in Anenberc debitam obedientiam observare, sicut videtur de latere ipsius surrexisse eo tamen tenore, quod prepositus in Anenberc utrique presit ecclesie devota sollicitudine, nichil tamen ad suam voluntatem
30 loco in Eppenberc auferendo, sed quater in anno ibidem honesto recipiatur hospicio, uno die, duabus noctibus et tribus equis sit contentus. Quociens vero in anno eum ad locum accedere contigerit, in simplici stipendio serviatur. Cum vero iam dictum prepositum contigerit ire Premonstratum, in eius subsidium equus eidem concedatur vel dimidia marca

35 317. a) inspecturis hanc paginam B. b) unum emptum alium B st. unum — alium. c) ecclesia A. d) benivolenciam plenam B. e) gratum assensum adhibemus et sic tamen, ne iuri nostro, quod desit, sigilli nostri B. st. sic. tamen — nostri.